

colligens ^{g)} luculis ad capsas decenter ornatas ^{h)} transtulit et in iam di-
cta ⁱ⁾ s. Gumiberti ecclesia reverenter reposuit, fecitque eorundem mar-
tirum memoriam translationis a fidelibus ^{k)} solempniter observa-
ri. ^{l)} Quorum translatio facta fuit sub anno domini 1074 indictione
^{m m)} XI. V. nonas mensis octobris. Idem beatus pontifex Anno dum eccle-
siam b. Georgii, quam ipse de novo construxerat, in diebus festis pa-
scalibus ⁿ⁾ consecrasset, habens in comitiva quosdam de suffraganeis
episcopos, inter quos episcopus Monasteriensis dicitur affuisse, et
dum post ecclesie dedicationem ipse archiepiscopus una cum dictis ^{o)}
suis ^{p)} coepiscopis ^{q)} et familiaribus in aula episcopali ad refectorem
consedisset fuissetque per officialem ^{r)} archiepiscopi ^{s)} ordinatum,
ut navis prepararetur ad deferendum res necessarias dicti episco-
pi Monasteriensis, ministri quidam ^{t)} ad huiusmodi exequendum
officium deputati minus ^{u)} caute agentes accedentes ad Renum
navim cuiusdam mercatoris extranei ad huiusmodi opus ministerii ^{v)}
reperunt, unde dictus mercator proclamans in publico per fa-
miliam archiepiscopi violenciam sibi factam universum popu-
lum civitatis ad tumultum ^{w)} convitavit. Tumultu igitur ^{x)} et
vociferatione in populo concitato totum vulgus favore populari
concurrrens ad aulam ipsum archiepiscopum invadere crudeliter
minabantur. ^{y)} Dicitur vero archiepiscopus ad ecclesiam confugiens
s. Petri ibi se conservare inter sanctorum pignora nitebatur,
donec potuisset furor populi mitigari. Sed ipsis crudeliter insi-
stentibus et infra triduum non cessantibus a tumultu et ^{z)} val-
des templi observantibus tandem vir sanctus quorundam ^{a)} civium,
quorum erat mens sanior, auxilio per murum civitatis a domo
ipsi muro adherente fuit submissus et per familiares eius exitum ^{b)} ab

vil. s. Ann. II, c. 20
ex Lamb. Hersf. 1074.

hibet b.

g) colligens 2. 3. h) ordinatas 1. i) dicti 1. 2. 3. k) a fidel. transl. 1. l) celebrari 2. 3. m) in decret. 1. inder. 2. 3.
in decret. II. 4. deest 4. 4. m m) nonas deest 3. n) paschalibus 1. o) dictis deest 1. 4. 4. 4. p) suis deest 3. q) episco-
pis 4. 4. 4. r) offic. 1. 3. officium 4. 4. 4. s) theopm. 1. t) quidem 1. 2. quid. 3. u) minus deest 4. v) ministerii 1. w) ad
tum. civ. 2. x) autem 1. y) minabatur 4. 4. 4. z) ad add. 3. a) quorum 3. b) exitum eius 2. 3.